



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia**

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam  
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In  
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo  
Continentvr Et Explicantvr ...

**Tomás <de Jesus>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1684**

Capvt III. De Raptu ex propria intentione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38621**

## CAPUT III.

De Raptu ex propria intentione.

Duplex  
raptus ex  
propria  
inten-  
tione,  
ne species,

**E**x propria intentione diximus ex mente Divi Thomae articulo 1. hujus questionis, raptum etiam cauſati, quod coniungere potest dupli- ter. Primum, per naturalem vim, & applica- tionem voluntariam circa objectum aliquod na- turalis. Secundum potest intelligi, an ex pro- pria intentione ita possit, ut quis vehementer ap- plicare divinæ contemplationi, ut ad hujus- modi mentis vehementer applicationem sequatur alienatio a tenuibus.

Prima conclusio: Certum est, ecclasi posse cauſari, voluntaria, & vehementi applicatione voluntatis circa divinum amorem. Ita exprefſe docet Divus Thomas hic articulo secundo, & de ipso Angelico Doctore docet Cajetanus articulo primo hujus questionis, quod tam familiaris erat D. Thomas ecclasi, ut quasi ad nutum illam habuisse videatur. Idem quoque refertur in hi- storia sancti Francisci de beato Egidio sancti Francisci discipulo, qui audi a hac voce Para- diſus statim mentis excessum patiebatur. Idem quod de ecclasi, de raptu, qui in potentia cognoscitiva sedem habet, cendiendum existimò, nam ut ex dicendis infra confitabit, nulla est contemplationis species, quæ non possit raptum efficiere. Unde potest alii ut eius familiaris aliqua contemplatio (loquor de contemplatione cauſante Raptum) ut veritatur in confusuedi- nem, & quotidianum fere ulum, nec video ullum inveniri in hoc implicatione, aut diffi- cultatem, nam si ex nimia applicatione ima- ginativa, aut intellectu poenitie naturaliter alienatio a sensibus in multis Philoſophis confe- quebatur, ut statim dicemus, cur id fieri ne- gabimus, vehementi amore, divinis illustrationi- bus accessitibus.

Hanc quoque sententiam Richardus sancti Vi- cotoris libro 4. de contemplatione capite 23. eruditè tradit atque confirmat dicens: Eorum autem, qui suis contemplationis supra seipsum ducuntur, & usque ad mentis excessum rapiuntur, alij hoc expe- liant, & accipiunt usque adhuc ex sola vocante gratia, alij vero ut hoc possint sibi comparant (cum dantur gratia tamen cooperatione) ex magna animi induc- tione, quasi stra; & illi quidem hoc donum quasi fortuitum fortuiti, isti vero iam velut ex virtute possident, alij quasi Quasi fortuitum cuique est illud, quod quando voluntaria vult, vel prout vult nullo modo potest. Velut for- tur, & qui- tuitum rigitur hoc habent, qui in hoc nihil ex pro- man illi, præ industria valent, sed solam vocantis gratia borum expectant. Nam vero velut ex virtute ejusmo- de gratia effectu abesse dicendi sunt, quæ magna jam parte id possunt cum volunt. Et infra in fine capituli. Hoc solam inter utriusque actum quantum ad mysticam traditionem differt, quod una ex sola Domini vocatione, alter ex propria deliberatione ad secretum illud divina revelationis alloquium sub- intrabat.

Fecit idem Iacob aliorum verborum tenore re- petti libro quinto de contemplatione, capite quarto his verbis: Supra industria itaque non autem fu- pra naturam videtur esse, per aeris iter habere; supra industria itaque sua metas contemplativa anima a- scendit, quando divina dignatio arcanorum suo- rum manifestatione, & quasi alarum strarum ex-

petitione, vel sublevatione in illud supereminentis scientia fastigium eam attollit, quod nulla unquam sua industria ire posse. Sed illa mentis sublevatio huma- na prouersus naturam (ut videtur) medium transcendent, ad quam Prophetæ suspiravit cum dixit: *Quis mihi dabit pennas sicut columba, & volabo, & re- quiescam.* In idem respicit quod DEVS per Iesum promisit: *Qui confidunt in Domino, mutabunt fortitudinem, assumptum pennas ut aquila.* Supra humanam naturam est procul dubio pennas habere, & pro voluntatis arbitrio ad alta volare. Quid est au- tem pennas quasi contra naturam accipere, nisi ma- ram quandam contemplandi efficaciam ex virtute posse, quo posis cum volueris in secretiori sci- entia ardua, & omnib[us] industrie myria per- spicacia tua pennas penetrare?

Præterea capite 6. ejusdem libri docet majorem esse quantum ad meritum, elevationem mentis in raptu, qua favente grata ex propria intentione, & intentione coniungit, quam illa, quæ sur- git ex sola inspiratione divina. Ecce capite 7. pro- bat animam Iepè ex astuanti DEI desiderio ad divina rapi.

Existimo tamen in simili ecclasi vel raptu pre- querenter non fieri omnimodam a sensibus aliena- tionem, sed imperfectam tantum, ac hujus- modi raptum sive ecclasi sive propriis intentione provenientem, malum differt a raptu sive ec- clasi a DEO divinitatis causa; tam in modo, tam in plenitudine amoris, & lucis, aliorumve effectuum supernaturalium, quia isti qui a DEO procedunt, quasi instanti contingent, neque Iepè in nostra est potestate eis resistere; que vero a propriis procedunt intentione, paulatim cauſatur, ac in initio facilis est resistencia: Quare et op- timè notavit Richardus lib. 4. de contemplat. ubi supra, Raptus alius est fortuitus, alius quasi vo- luntarius.

Secunda Conclusio: Ecclasi sive Raptus cauſari etiam possunt ex vi naturalis contemplationis, et iansi si per solam speculationem sine ullo affectu. Hanc intentionem tenent omnes fecit Authoris, qui de Raptu & ecclasi scripserunt. Cajetanus, ubi infra, Gerlon, Marsilius Ficinus libro 13. de immor- talitate anime, quod multis antiquorum Philoſophorum exemplis comprobatur. De Trimegi, Admirans, Socrate, & Platone fettur in contemplatione dis hoc rerum divinarum solitos fuisse a sensibus alienari. compre- Carnades Philosopher tanta ad id quod conce- batur e- ppera intentione ferebatur, ut ad mensam sedens exempli non ebum, non porum sumebat, neque sumptum ori inferre meminerat, nisi Melitta ejus conjux apprehensa leviter ejus dextera ad obsequium ne- glecti corporis movisset. De quo Valerius hac re- citans dixit, ipsum solum anima vixisse, corpore autem fuisse circumdatum, tanquam re inutili, & extranea. Gerlon de monte contemplationis cap. 31. de Archimedede Philosopher, & aliis ita scri- bit: Talem similiter modum raptus percipiunt sep- studeotes ipsi aliquid subtiliter atque compilare molientes. Pictores suo modo sacre conſueverunt sicut ego teneo; alioque opifices subtilium, positi in imaginationibus fortibus. Recitatique de Philosopher quodam nomine Archimedes excellenti geometro, qui imaginaliter delberavit facere ingenia subtilia ad bellandum, & defendendas, invadendas, civitates. Unde accidit ci- vitatem quam imbarbitur ad dictum Philosopher ab nimis debellari: Princeps autem exercitus præcepit ne ante- dictus Philosopher occideretur. Sed a casu quida eundem suarum figurarum protraherent secundum scientiam geometriae.

Thom. a Iesu Oper. Tom. II.

11

76

Reperit, quae sive ita ab eo quo nomine appellaretur. Ipse vero tam fixe suaram figuram formationibus internum extitit, ut quid si iste interrogans diceret, penitus ignoraret, nisi quod insinuabat eudem, quod se non impediret, nihil aliud respondens, unde idcirco vitam perdidit. Ecce quam fortis erat media-tio, ut ob eius vigorosissimam civitatis sue expugnationem non perciperet, atque nec inimicum quidem agnoscitatem occidentem.

Platonis de seipso testimo-nium.

Præterea sic Platonem de seipso narrasse testatur Anctor operis de divina scientia secundum Aegyptios lib. 1. cap. 4. Ego sepius animo contemplans relicto corpore visus sum perfrui summo bono cum voluptate incredibili. Quare hec quodammodo atroxius, agnoscens me esse partem quandam superioris mundi, atque adeptum sentiens vita immortalitatem, subluce maxima, qua neque oratione exprimi potest, neque auribus percipi, neque cogitatione comprehendit; tandem vero hac contemplatione descessus intellectus, recidit inphantasiā, tunc illa luce & deficiente factus sum tristior.

Tale quidam &c. initio Pimandtilegitur de Mercurio Trismegisto, qui in contemplatione naturæ, sponitis iam corporis sensibus, à divina mente raptus se ait, & de iis quae scire optabat ab eadem institutum. Socratem etiam commemorat Alcibiades in convivio, aliquando uno gradu diem, & noctem usque ad solis exortum stetisse in medio exercitu cogitabundum. Cum igitur has à sensibus abstractiones miraculo accidisse non sit verisimile: concedendum est posse facultatem naturæ ecclasticum dari, & in hac operatione videatur esse Ficinus libro 13. de immortalitate animorum capitulo decimo quarto. Ubi allerit hoc unum, esse ex argumentis, quibus animæ rationalis à corpore solutio, atque immortalitas comprobatur.

Ratione enarrat probatur, quia anima totam suam vim, & attentionem ad interiora actus retrahente, tunc tota virtus naturalis ejus ita circa eos intenditur, ut externis sensibus non attendat, nec spiritus ad sentiendum necessarios illis minister, quia virtus animæ est finita, & ideo absorbita vehementer in superioribus, ac internis ora intenta actionibus, non potest simul ad inferiores, & externas descendere, & attendere.

Quod confirmari quoque potest ex historia cuiusdam fæcere, de quo refert August. 14. de Civitate Dei cap. 24. quod ad natum suum rapiebat, ita ut quævis non omnino privaretur sensuōne externa, vix tamen aliquid sentiebat. Verba Augustini audimus.

Iam illud multo est incredibilis, quod plerique fratres memoria recentissima experti sunt. Presbyter fuit quidam nomine Calanus in Parochia Calanensis Ecclesiæ, qui quando ei placebat (rogobatur autem, ut hoc sacerdotem ab eis, quem mirabilem coram scire cupiebant) ad imitatas quæsi lamentantes cuiuslibet hominis voces, ita se auferebat à sensibus & jacebat simillima mortuo, ut non solùm vellicante, atque pungente nanius sentiret, sed aliquando etiam signe ureceretur ad morte sine ullo doloris sensu, nisi postmodum ex vulnera. Non autem obnito, sed non sentiendo, non movere corpus eo probabatur, quod tanquam in defuncto nullus inveniebar. anhelitus hominum tamen voces si clarus loquerentur, tanquam de longinquæ se audire postea referebat. Hæc Augustinus, qui lib. 12. super Genesim ad litteram idem fecit repetit.

Ex quibus inferunt Martinum del Rio <sup>littera</sup> disquisit. Magie. quest. 25. manifeste fuisse deceptum, in eo quod afferit non esse possibilem talē abstractionem à sensibus naturaliter fieri posse, nisi operatione divina, aut præstigio dæmonis; ex ductus ratione, quia tanta animi attentione, & elevatio non videtur esse in potestate nostræ, ut omnes experimus, cum contrarium doceant Divus Augustinus ubi supra. D. Thomas questione 175. articulo 1. & 2. ceterique Autores superioris adducti; nec facile debentis raptus naturales dæmonis operationi adscribi, quia licet non sit dubium dæmones possit hactenus sensus ligare, ut superius diximus, tamen ubi non confitit expressè, vel non apparent signa, vel effectus operationis dæmoniacæ, non sit illi adscendens similis effectus.

Neque facile invenies ullam implicationem in ista naturali, & vehementi applicatione, quia istud genus raptus naturalis nullum potest dependere ex dispositione phantasie, & ex consuetudine, aut delectatione, quam ultra speculatio, sive meditatio secum affert; quare interduta talis potest esse dispositione phantasie, tantaque consuerudo cum delectatione conjuncta, ut eo ipso quo quis voluntarie applicatur ad considerandum, vel meditandum, ab ipsis objectis ita vehementer trahatur, ut gradatim procedat usque ad ecclasticum sive raptum.

In contemplatione vero vehementi, quando anima, propria intentione, & industria exitate ponitur, tunc non est dubium, quia hoc sit divina cooperante inspiratione, ut superior ex Richardo docuimus.

#### C A P V T IV.

*Qua ratione ab aegritudine causatur Raptus.*

Intra alias causas Raptus D. Thomas hoc articulo 1. enumerat aegritudinem, ex qua in parte 12. procedere docuerunt D. Thomas, Jam dicit articulo, & prima parte questione 111. articulo 3. in corpore, & de veritate questione 13. articulo 1. & D. Augustinus libro 12. super Genesim ad litteram cap. 12. 21. & 23. exprestè docuit, communis querenda experientia medicorum. Nam in Epilepsie ac phreneticis ita sensus ratione aegritudinis percipiuntur, ut in eis organum tactus immobilitari, seu suo vigore orbatum esse videatur.

Capitulum vero à quia in Phreneticis, aut foliolis, raptus proveniat, docet Augustinus ubi supra capite 21. dicunt: Nam phreneticis non dormiendo patitur perturbatus habent sentientias in capite, ut talia videant qualia somniantes vident. Cum ergo illud sit non dormiendo, hoc autem dormiendo, non tamenea, que videntur ex alio genere sunt quæ ex natura spiritus (id est, imaginationis) de quo, vel in quo sunt similitudines corporum.

Divus vero Thomas loco citato 1. partem candem fecit causam demonstravit. Tanta, inquit, potest esse commotio spiritum, & humorum, quod hujusmodi apparitiones etiam vigilantes sunt, sicut patet in Phreneticis, & in aliis hujusmodi.

Ubi